ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,
ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος,
κόρην ἄγων τήνδ', ἣ καθηρέθη τάφον
κοσμοῦσα. κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο,
ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου τόδε.
καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτός, ὡς θέλεις, λαβὼν
καὶ κρῖνε κἀξέλεγχ'· ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.
ΚΡ. ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;

V. 390 sqq. Triclinius: σύναπτε τὸ ἀλλὰ πρὸς τὸ ἥκω, τὰ λοιπὰ δὲ διὰ μέσου. Vide ad v. 148 sqq.

Ibid. Schol.: ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ'· ἡ ἀπροσδόκητος χαρὰ οὐκ ἔοικεν εἰς τὸ μέγεθος ἄλλῃ ἡδονῇ. Erfurdtius: „ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας valet ἐκτὸς ἐλπίδων καὶ παρ' ἐλπίδας, cuiusmodi constructionis licentiam vernacula etiam lingua concedit." Bonum cuius contrarium malum metuebatur (ἡ παρ' ἐλπίδας χαρά) maius adfert gaudium quam bonum quod non sperabatur (ἡ ἐκτὸς ἐλπίδων χαρά). Speciose tamen M. Seyffertus coniecit ἡ γὰρ ἄτοπος καὶ παρ' ἐλπίδας χαρά. In proximis μῆκος idem atque μέγεθος significare putant atque Musgravius confert μήκεος ὄλβου apud Plut. Vol. II p. 607 E, Neuius Ai. 130 ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει. At οὐδὲν adiectum commendat hanc interpretationem: ἔοικεν ἄλλῃ — μῆκος οὐδὲν scil. ἔστιν — ἡδονῇ, ut verba μῆκος οὐδὲν eadem ratione interposita putes qua παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος et similia custosque festive se interpellet: ‘nulla longitudo mihi suppetit qua hanc voluptatem cum aliis collatam metiri possim’ sive ‘nullo modo haec cum aliis voluptatibus conferri potest’.

V. 392. Schol.: καίπερ ὢν ἀπώμοτος· καίπερ ὀμωμοκὼς μὴ ἐλθεῖν. Ceterum δι' ὅρκων ἀπώμοτος non magis abundanter dictum quam quod frequentatum ab Homero est ὅρκον ὀμόσαι.

V. 393. καθηρέθη scripsit pro καθευρέθη anonymus in Class. Journ. XVII p. 58. Idem error libros occupavit infra v. 406, ubi ἡρέθη, quod legit scholiasta explicans ποίῳ τρόπῳ αὐτὴν συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε, restituit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 532.

V. 394. Schol.: κλῆρος· ἄνω γὰρ εἶπεν, ὅτι κληρώσας ἦλθεν. V. 274 sq.

V. 395. θοὔρμαιον] Bergler. ad Aristoph. Plut. 1156 de cognominibus agens Mercurii: Κερδῷος, inquit, non tantum propterea dicitur, quia is videatur nos in nostris mercimoniis emundis vendundisque bono atque amplo auctare lucro (Plaut. Amphitr. Prol.), si adsit favens, verum etiam, quia illius ope offerri creduntur quae subito obveniunt insperata bona; unde ἕρμαια dicuntur. Timo apud Lucianum (c. 41 p. 152), cum invenisset thesaurum, Ἑρμῆ κερδῷε, inquit, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; BOTHIUS.

V. 397. κρῖνε] i. e. ἀνάκρινε. De hoc verbi κρίνειν usu confert Neuius Ai. 586. El. 1445. Trach. 195. 314. 388.

V. 397 sq. ἐγὼ δ' ἐλεύθερος etc.] I. e. ἐμὲ δὲ δίκαιόν ἐστιν ἐλεύθερον τῶνδε τῶν κακῶν ἀπηλλάχθαι. Cfr. Krueg. I § 55, 3, 10. — De abundantia locutionis ἐλεύθερον ἀπηλλάχθαι vide ad O. C. 786.

V. 399. ἄγεις δὲ — λαβών] De duplici interrogatione in unam coniuncta cfr. Philoct. 243 τίνι στόλῳ

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG